283

1573o. d. 12. Maii. Ex MSS Bib: Zal: No 361.

# Litera, à Treverensi Archiepiscopo.

Jacobus Dei Gratiâ, Sanctæ Treverensis Ecclesiæ Archi=Eppus, Sacri Rom: Impii: per Galliam & Regnum Arelatensis Archicancellarius, ac Princeps Elector.

Notum facimus Universis, Cum Illres Gsos ac Nobiles Regni Poloniæ Proceres atque Status ad certum diem con=venturos, atq; in defuncti Regis fœlicis recordationis locum, novum Suffragiis electuros perceperimus, Idcirco vali=dum ac Fidelem Nobis dilectum Joannem Landke Hert, Consiliarium nrum ablegavimus, eique in mandatis dedi=mus, ut una cum aliis Principum Electorum Fratrum nostrorum Legatis, ad locum præfatæ electioni destinatu mature se conferat, & cum iis, apud prædictos Regni Po=loniæ Proceres atq; Status, ea omnia, quæ Ipsi manda=vimus & cæteris Electorum Legatis necessario tractanda, consulenda & petenda videbuntur, expediat, Promittentes, quidquid hoc nomine per dictum nostrum Legatum, actu atq; gestum fuerit, nos gratum atque ratum habituros, præsentium testimonio Literarum, Sigilli nri impres=sione munitarum. Datum ex Oppido nro Witlichio, Die XII. Maii Anno Septagmo secundo, more Tre=verensi.

Jacobus. etc.

J. Lauw. etc.